AUGUSTINUS

Klosterneuburg, 3. Drittel 12. Jh. Seite 66r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



& nos dimittimus. Sed ille dimittebat. qui peccatum quod ei dimittere-
tur utiq; n̄ habebat. Sequit̄ aut̄. Et posuerunt adu̅sum me mala p
bonis. Et quasi quererem̄ que mala. p quib; bonis. Et odium inq̄t
p dilectione mea. Hic ē om̄is & magn̄ reatus illoꝝ. Nam q̄d nocere po-
tuerunt p̄sequentes uoluntate n̄ necessitate morientē. S; ipsum odiū est
crim̄ maximū p̄sequentis. quāuis sit uoluntaria pena pacientis. Satis aut̄
exposuit q̄m ad modū sup̄ dixerit. p eo ut diligēnt me. q̄ dilectionē n̄ ut-
cūq; s; dilectioni ei⁹ debebant. cū hic addidit p dilectione mea. Hanc
dilectionē in euglio cōmemorat ū dicit. Hierl̄m iherl̄m quotiēs uolui
colligere filios tuos tanq̄m gallina pullos suos sub alas suas. & noluisti.
Deinde que p ipsa impietate recipiant incipit p̄phare. & eo m̄o illa dicit
tanq̄m ulciscendi cupiditate optet ut fiant. cū dicant̄ futa certissima ue-
ritate. & p dī iusticiā sup̄ tales digna uenta. Quē modū futura p̄dicen-
di uelut sp̄em male optandi q̄da non intelligentes. putant odiū odio. &
malo animo malū animū reddi. q̄m reuera paucoꝝ ē dinoscē quom̄ place-
at pena iniquoꝝ accusatori inimicicias exsaturare cupienti. & q̄m lon-
ge alio m̄o placeat iudici recta uoluntate peccata punienti. Ille quippe
reddit malū p malo. iste aut̄ & cū uindicat n̄ reddit malū p malo. quo
iustū reddit iniusto. Q̄d aut̄ iustū ē. utiq; bonū ē. Punit g̅ n̄ delectatio-
ne aliene miserie. q̄d ē malū p malo. s; dilectione iusticie q̄d ē bonū pro
malo. Itaq; nec lumini sc̄pturaꝝ calumpnient̄ ceci. nec opinantes q̄d d̄s
pecca n̄ puniat. ne quasi malū p malo reddat. s̄ blandiant̄ iniusti. Audi-
am̄ g̅ deinde q̄d diuin̄ sermo contexat. & in uerbis ei⁹ quasi mala optan-
tis intelligam̄ p̄dicta p̄phantis. & d̄m iusta retribuentē subleuata in ei⁹ eter-
nam legē mente cernam̄. Constitue sup̄ eū peccatorē. & dyabolus stet
a dextris ei⁹. Cum sup̄i⁹ querela de pluribus fuerit. nunc de uno loquit̄
psalmus. Sup̄i⁹ aut̄ dixerat. locuti sunt adu̅sū me lingua dolosa. &
sermonib; odii circūdederūt me. & expugnauerūt me gratis. Pro eo ut me
diligerēt detrahebant m̄i. ego aut̄ oraba. & posuerunt aduersū me
mala p bonis. & odiū p dilectione mea. Omnia de pluribus. Nunc
u̅o q̄d digni essent p his iniquitatib; suis. & quid eis diuino iudicio
futurum ess; p̄nuntians. constitue inq̄t sup̄ eū peccatorē. tanquā inten-
dens in eū q̄ se tradidit talib;. de qualib; suis inimicis sup̄i⁹ loque-
bat̄. Cū g̅ hic iudam traditorē sc̄dm sc̄pturā actuū ap̄loꝝ supplicio
debito p̄nuntiet puniendū. q̄d ē constitue sup̄ eū peccatorē. nisi eū
quē sequenti uersu indicat cū dicit. & dyabolus stet a dextris eius.